




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Wernherus Puer M. Devotio erga Resurrectionem J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. WERNHERUS PUER M.

Devotio erga Resurrectionem J. C.

Deus, qui B. WERNHERI pueritiam,
Paschalibus sacramentis roboratam,
Judæorum tormentis fortiolem red-
didisti; da nobis Dominicæ resurre-
ctionis festa sic peragere, ut & fructus
consequi mereamur.

Ora pro Judæorum conversione



Rusticanis parentibus prope Bachera- cum in Trevirensi dioecesi natus puer WERNHERVS, & vitrici sævitiam fugere co- actus, annum æt. 14 agebat, cum an. 1287 in superioris Wezaliæ ad Rhenum oppido, ubi manuum opere victitabat, post Commu- nionem Paschalem in Parasceve sumptam, fraudulenter abductus est in cuiusdam Ju- dæi domum. Hic perfidi, flagris dire la- ceratum toto triduo, ac Jesu Mariæque no- mina constanter invocantem, laxatistandem cultro venis omni sanguine exhauserunt. Corpus vepreto abditum lux cælestis indi- cavit, & Bacharacenses in montem extule- runt humandum: quod in fabricato mox de- super S. Cuniberti sacello requievit, clarum miraculis, usque ad 1426; quo loci Pastor re- quisitum extulit; & de plurimis ibi per bien- nium relatis gratis auditi 211 Testes, fece- runt ut cultus, antiquus probaretur. Hic au- tem tenuit quoad ibi res Catholica stetit: eâ collapsâ, loco potitus Marchio Spinula anno 1621, per R. P. Thomam Saillium transferri ossa in Belgium fecit, unde ipsa filius Ge- nuam misit.

Ad cognoscendum illum, & virtutem resur- rectionis ejus, & Societatem passionum illius Phil. 3.